



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

2. Cum quibus indiciis debeant Inquisitores reos torquere? Et infertur,
quod si reus torqueretur sine legitimis indiciis præcedentibus, & crimen
confiteatur, confessio talis non est efficax ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Ambrosius de processu informativo, lib. 4. cap. 1. num. 8. Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 2. n. 5. & alij communiter.

RESOL. II.

Cum quibus indicia debeant Inquisitores reos torquere?

Et inferitur quod si reus torqueretur sine legitimis indicia precedentibus, & crimen confiteatur, confessio talis non est efficax ad condemnationem, nec consenti praedictat?

Et si post confessionem in tortura extortam sine legitimis indicia, superveniat novum indicium confessionis extrajudicialis, per quam appareat reum esse hereticum, an in tali casu valida sit confessio facta in tormento non precedentibus indicia?

Et an non precedentibus indicia legitimis, si Inquisitores habeant vehementem opinionem contra reum, quamvis extra processum, possunt eum verbaliter terrere, minando torturam, spoliando eum in loco torturae, vel funi alligando, vel in altum elevando?

Et an si adsint pro fisco sufficientia indicia ad torturam, reus tamen torqueri non possit, si dicta indicia fuerint elisa per indicia inquisiti? Ex part. 4. tract. 6. Ref. etiam 2.

S. 1. Martinus Antonius Delruius in *disquis. mag. appen. 2. lib. 5. quest. 22.* docet, quod in causis fidei leviora indicia sufficiunt ad torturam; verum leviora indicia vocat non secundum se & absolute loquendo, sed quae comparative, seu relative respectu eorum, quae in criminibus non exceptis requiruntur, levia videantur, & idcirco comparatione istorum sunt leviora, quam in his requisita, non vero quae sunt leviora, seu minus sufficientia quam vis aut natura criminis requirit: quae autem indicia leviora sufficiant, respondet esse legitima & sufficientia juxta criminis naturam, & in genere indiciorum ad torturam; sed quae sint ista indicia sufficientia responderet, quod nihil certum in his dici potest, ideo totum hoc negotium remittitur arbitrio DD. Inquisitorum. Itaque secundum Delrium in crimine haereticis ad torquendum, leviora quam in aliis criminibus sufficiunt indicia, quod videtur etiam docere Inquisitor Camillus Campegius in *addit. ad Zanchinum, tractat. de haeret. capite 9. littera E. in princ. ver. Rursus observa*, & Ludovicus Carterius in *tractatu de haeret. numero 116. in fine*, & numero 126. & alij.

2. Verum Sanctarellus de *haeretic. cap. 41. dub. 1. numero 1.* & Simanca in *enchirid. titul. 52. num. 5.* asserunt indicia pro tortura in crimine haereticis debere esse magna, & vehementer urgentia, ita ut sola confessio rei videatur deesse, ut patet ex *l. 1. in princ. ff. de quest. ibi, ita ut sola servorum confessio deesse videatur*, & ex *l. milites, §. oportet, & l. cum cognitionaliter, C. eod. tit.* ut docet etiam Soula in *aphorism. Inquisit. libro 2. cap. 39. num. 9.* Vide etiam Pegnam in *director. Inquisit. part. 3. comment. 110.* quoniam vero sint talia indicia, docet Antonius Blancus *tract. de indicia numero 10.* & Guazzinus *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. num. 3.* Sed ego puto quod in materia torturae non potest dari certa Regula ad cognoscenda indicia sufficientia ad illam inferendam, sed totum hoc negotium remittendum est arbitrio DD. Inquisitorum, qui habita ratione qualitatis personae, delicti, suspicionum, aliarumque circumstantiarum, judicabunt ea sufficientia, vel non, & ita docent communiter Doctores, quos ad satisfactionem adducit Petrus Ca-

ballus in *resolut. crimin. centur. 3. cap. 151. numero 14.* quibus ex nostris adde Rojas de *haeretic. part. 2. numero 291.* Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 15. numero 6.* Mirandam in *ordine indic. tom. 2. quest. 261. artic. 4. conclus. 6.* Soulam in *aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 6.* Pegnam in *direct. part. 3. comment. 110.* Guazzinus *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. num. 10.* Simancam in *Carbol. institut. titul. 65. num. 22.*

3. Nota tamen quod supradictum arbitrium, quod DD. Inquisitoribus concedo, non debet esse absolutum, sed limitatum, & secundum juris dispositionem, ut ex communi docet Ambrosius de *processu informativo, lib. 4. cap. 1. num. 15.* Guazzinus *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. num. 4.* Baiardus in *addit. ad Iulium Clarum, quest. 64. num. 56.* Ludovicus Pegueta in *praxi cap. 12. §. 9. n. 5.* & Zanardus in *director. Theol. part. 3. cap. 88.*

4. Unde ex his inferitur, quod si reus torqueretur sine legitimis indicia precedentibus, & crimen confiteatur, confessio talis non est efficax ad condemnationem, nec consenti praedictat, & etiam si postea legitima indicia superveniant, non tamen confessio ea tortura antecedenti indebita extorta, valida redderetur, & legitimaretur, quia quod ab initio non valuit, ex post facto convalescere nequit, & ita docent Doctores, quos citat & laudat Petrus Binsfeldius in *comment. de maleficiis & math. leg. 7. quest. 2. conclus. 2. fol. milio 51.* Mirandam in *ordin. judic. tom. 2. quest. 26. artic. 17. conclus. 1.* & probatur ex *l. 1. §. D. Severus, ff. de quest.* Sed difficultas est, an si post confessionem in tortura extortam sine indicia legitimis superveniant novum indicium confessionis extrajudicialis, per quam appareat reum haereticum esse, an, inquam, in tali casu valida erit confessio facta in tormento, non precedentibus indicia? & affirmativam sententiam tenet Masilius in *l. questionis n. 63. d. quest.* & Baiardus in *addit. ad Iulium Clarum q. 55. n. 40.* Verum contrarium docet Antonius Quevedo de *Indiciis & tortura, part. 2. cap. 4. num. 11.* qui citat Farinacium *q. 83. cap. 1. num. 5.* quibus ego libenter adhaereo ex ratione paulo superius assignata.

5. Notandum est hic, quod etiam non precedentibus indicia legitimis, si Inquisitores habeant vehementem opinionem contra reum, quamvis extra processum, possunt eum verbaliter terrere, minando torturam, cum hoc non sit torquere, nisi reus sit persona timida. Et ita docet Soula in *aphorism. Inquisit. libro 2. capite 39. numero 4.* & Guazzinus *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 5. numero 3.* ubi etiam asserat, quod quando adsint indicia ad terrendum, vel leviter torquendum, possit iudicem spoliare reum in loco torturae, vel funi alligare, vel in altum elevare, & Franciscus Personalis *tract. de judic. num. 78.* hoc exemplificat, quando iudex habet unicum realem non integrum, contra reum, vel duos singulares testes deponentes de indicia remotis, tunc posset quidem iudex reum ad locum torturae conducere, spoliare, & a terra aliquantulum elevare, cumque elevatum, suspensumque interrogare, & per aliquid elevatum, in tortura retinere: quod notabile temporis spatium in tortura retinere: & haec omnia praeter Personalem, & Guazzinum docet etiam Tuschus *lit. T. conclus. 325. num. 9.* Clarus *quest. 64. num. 33.* & alij. Unde Peregrinus *consil. 2. numero 104.* docuit unum indicium remotum sufficientem ad torturam levem inferendam; sed tu cogita, nam haec doctrina in nostro Tribunali non est in usu.

6. Et tandem nota, quod licet adsint pro fisco sufficientia indicia ad torturam, reus tamen torqueri non potest, si dicta indicia fuerint elisa per indicia inquisiti. Ita

Ita Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. num. 25. & communis Doctorum opinio. Imo secundum Grammaticum vol. 3. n. 20. Rolandum lib. 1. conf. 7. num. 38. Riminadum juniorem lib. 6. conf. 740. n. 37. & Hondedeum lib. 2. conf. 93. num. 83. unum indicium pro reo tollit indicia fisci, ut non possit torqueri; sed tu cogita, nam hæc doctrina ita absolute prolata mihi non placet, sicut etiam mihi non placet alia doctrina Bajardi in addit. ad Iul. Clar. quasi. 64. num. 98. & Ioan. Antonij de Nigris super cap. Regni. cap. frequens. n. 34. asserentium, esse in arbitrio iudicis, super quale indicium reus debet torqueri. Sed dicendum est reum non posse super quolibet indicio torqueri, sed cumulatim omnibus indicis torturæ subijciendus erit. Calvacanus de brachio Regio. part. 3. n. 134. Grammaticus conf. 45. num. 34. Guazzinus in defens. reor. tom. 2. lib. 1. defens. 36. cap. 25. n. 1. Bertazzolus volum. 1. conf. 144. num. 10.

RESOL. III.

An dicta indicia debeant saltem per duos testes esse probata, ut possint Inquisitores reos torqueri?
Et quid, si dicti duo testes non sint idonei, ut familiares infames, &c. dummodo sint testes? Ex part. 4. tract. 6. Ref. etiam 3.

§. 1. Affirmativè respondeo cum Pegna in direct. part. 3. comment. 110. n. 289. Rojas de heret. part. 2. n. 289. Sola in aphor. Inquis. lib. 2. append. 25. n. 34. Eymérico à Rosbach in pract. crim. tit. 5. cap. 17. n. 7. Canera in qq. crim. cap. 2. de probat. per testes, q. 1. n. 24. Deltio in disquis. mag. lib. 5. sect. 3. Locato in praxi Inquis. quest. 33. Simanca in enchir. cap. 52. num. 6. Suarez de Paz in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. n. 41. Miranda in ordin. judic. tom. 2. q. 6. art. 4. concl. 3. Bernard. in addit. ad Ambrosium de process. inform. lib. 4. cap. 1. n. 16. Cabello in resol. crimin. cent. 2. cas. 193. n. 1. Bruno tract. de indic. par. 1. q. 1. num. 7. Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 3. n. 1. Farinacio q. 37. n. 14. ubi num. 16. probat, quod hæc opinio est ita vera, ut unus testis non probet indicium remotum, etiam quod sit omni exceptione major, quod etiam confirmat Mascardus de probat. lib. 1. concl. 462. n. 18. & 19. Vide etiam Iulium Clarum in praxi lib. 5. §. final. q. 22. n. 2. ubi concordat duas glossas, nempe glossam in l. fin. ver. vel iudiciis, C. jam. herise, asserentem indicia ad torturam per duos testes probanda esse; & glossam in l. si quis, ver. convictus, C. ad leg. Iul. majest. ubi videtur velle, quod per unum testem reus dicatur convictus, saltem semiplenè, concordat, inquam, Clarus has glossas hoc modo, quod aut adest unus testis de veritate deponens de ipsomet delicto, puta quia audit, Sempronium blasphemantem, & tunc talis testis facit indicium ad torturam, ut infra videbimus, & ita procedit glossa in d. l. si quis, aut verò testis deponit non de visu ipsius maleficii, sed de aliquo actu vel remoto, vel proximo ipsi maleficio, & tunc talis testis non facit indicium ad torturam, sed requiruntur duo testes ad ipsum indicium probandum, & ita procedit glossa in l. finali. Ita Clarus, & ego, & hanc distinctionem esse Canonizantam in iudiciis, & in scholis, tradit Alciatus conf. 445. n. 1.

2. Nota tamen quod supradicta doctrina, nempe quod indicia ad torturam debent esse probata per duos testes, procedit etiam si testes non sint idonei, ut familiares, infames, &c. dummodo sint testes. Ita Rojas de heret. ubi supra par. 2. n. 289. Roland. à Valle lib. 1. conf. 24. num. 25. Bertazzolus vol. 2. conf. 341. numero 10. Bruno tract. de indic. & tortura, part. 1. q. 2.

num. 7. & DD. adducti per Hondedeum conf. 87. numero 137. vol. 1. & Hippolytus de Marsiliis in pract. crim. §. diligenter, num. 8. ubi sic ait: Quando requiruntur testes ad probandum indicium remotum à maleficio, non requiritur quod sint omni exceptione majores, & in tali casu admittuntur etiam infames. Ita ille, licet Menochius de pres. lib. 1. q. 91. n. 5. Suarez de Paz in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. n. 41. Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 18. Farinacius quest. 37. num. 28. Miranda in ordine jud. tom. 2. quest. 26. art. 4. concl. 3. Michael Zanardos in direct. Theolog. part. 3. cap. 98. fol. mihi 487. Mascardus volum. 1. conclus. 895. num. 3. Gratus vol. 2. conf. 59. num. 34. contrarium mordicus teneant; sed nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam ex Regnicolis, Antonius de Ballis in intract. var. lib. 1. q. 5. n. 15. & 16. qui citat Socinum, Baldum, Cravettam, & respondet ad argumenta Farinacij, nec aliter sentiendum esse puto, quia ex testificatione ipsius delicti potest dari tortura, non est ergo mirum si testis unicus, qui de illo deponit, necesse est ut sit omni exceptione major: at ex indicis remotis quis non potest torqueri ex uno tantum indicio, sed saltem ex duobus, unde erunt quatuor testes; non est ergo, mirum, si non requiruntur omni exceptione majores, & ideo querendum est in sequenti resolutione.

RESOL. IV.

An si ad sit tantum unicum indicium probatum tamen per duos testes, possint Inquisitores torqueri reum? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 4.

§. 1. Iulius Clarus in pract. lib. 5. quest. 64. n. 14. asserit quod Doctores indistincte dicunt, quod de consuetudine in practica servatur, quod per unum indicium proceditur ad torturam, & adducit plures auctores, quibus etiam videtur adherere Petrus Caballus in resol. crim. cent. 2. cas. 193. num. 5. & Doctores, quos citat Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 30. num. 7.

2. Verum contrariam sententiam tinentur Doctores, quos citat & sequitur Farinacius q. 37. n. 13. quibus ego addo ex Doctoribus, qui materias S. Inquisitionis tractant Seraphinum Freitas in addit. ad direct. de Confess. sollicit. q. 4. n. 25. ubi ex Bartolo, Menochio, & aliis, docet unicum indicium non sufficere ad torquendum, & ita etiam docet Ludovic. Peguera in praxi cap. 12. §. 9. n. 8. Unde Miranda de ordine judic. tom. 2. q. 26. art. 4. concl. 4. & Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. n. 12. Iacobus Boslius in tit. de indicia n. 71. asserunt quod ad torturam inferendam saltem duo indicia probata debent esse, & Bertazzolus vol. 1. conf. 213. num. 8. Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 15. n. 11. Sylvester ver. iudicium, q. 2. Tabiena n. 1. Bajardus in addit. ad Iul. Clar. q. 64. n. 60. putant duo indicia etiam levia sufficere ad torturam, quod Deltius in append. 2. lib. 5. q. 2. concedit, etiam si in iure non sint expressa, dummodo sint per duos testes probata, & sint verisimilia; quod est valde notandum à Dominis Inquisitoribus. Certum est igitur, ut dictum est, quod ex unico indicio remoto, non possunt reos torqueri: secus autem si sit proximum, & delictum maximè inferens, ut patet ex Carreio in pract. crim. leg. observare curabis, n. 109. Pegna in direct. part. 3. comm. 110. & Marsilio in pract. §. diligenter, num. 177. Miranda in ordine judic. tom. 2. q. 26. art. 6. concl. 2. & Peguera in praxi cap. 12. §. 9. n. 8.

RESOL.